Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui plus collegerat habuit amplius nec qui minus parauerat reperit minus.
eo quod eucharistie sacra perceptio non in quantitate sed in uirtute con
sistat. quod sacerdote dispensante tantum est in exiguo quan
tum esse constat in toto. quod cum ecclesia fidelium sumit. sic plenum in
uniuersis. ita integrum esse comprobatur in singulis. De quo sensu
apostolica sententia deriuata est dicens. Qui multum habet non ha
bundabit. et qui modicum non minorabit. Si forte panes esuri
entibus apponeremus non ex toto peruenirent ad singulos. quia
particulatim et minutatim proportione sua unusquisque presume
ret. De hoc uero pane cum assumitur. nichil minus habent singuli quam
uniuersi. Totum unus. totum duo. totum plures sine diminutione
percipiunt. quia benedictio huius sacramenti scit distribui. nescit
DISTRIBUTIONE CONSUMI ;

IN VIGILIA PENTECOSTEN ;